



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XI. De eodem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

hac parte mandatis parere, ipsos ab ecclesiis quas habent, appellacione remota, non differas poliare.

## CAP. XI.

De cetero quia Stephanus clericus \* Deuellentin. in archidiaconatu prædicti archiepiscopi adulteram in domo sua & commatrem dicitur detinere: si hoc publicum est & manifestum, ob tantum excessum, animaduersione debita nullius contradicitione & appellacione obstante, corrigas.

CAP. XII. *Idem.*

Infamiam  
aboleri post  
actam pœ-  
nitentiam.

De diacono qui in sabbato sancto quemdam alium diaconum vulnerauit, & mulierem vxoris nomine suscepit, hoc prudentiæ tuæ duximus respondendum, quod si contrito & humiliato animo ad ecclesiam redire voluerit, dimissa illa quam in vxorem accepit, cum non possit (sicut nostri) contrahere matrimonium, ipsum recipere potes & absolueres a sententia excommunicationis, quam pro violenta manuum iniectioe noscitur meruisse; & iniuncta sibi pœnitentia de vtroque excessu, post peractam pœnitentiam poteris ei diaconatus officium reddere, & etiam dispensatiue, si perfectæ vitæ & conuersionis fuerit, in presbyterum ordinare.

CAP. XIII. *Idem\* Exoniensi episcopo.*

Malum dis-  
simulari.

Significatum est nobis, quod quidam subdiaconi in tua diœcesi commorantes, matrimonium contrahere præsumpserunt, & sicut laici quilibet cum vxoribus commorantur. Vnde quoniam id, sicut tua non ignorat discretio, sacrorum Canonum obuiat institutis: fraternitati tuæ, & quatenus cuiusmodi vitæ subdiaconi ante contractum matrimonium extiterint, & quales futuri credantur, si vxores dimiserint, diligenter ac studiose inquiras: & si eos honestæ vitæ ante contractum matrimonium fuisse, aut dimissis illis quæ vxores eorum esse dicuntur, caste victuros credideris, tu ipsos mulieres a se dimittere moneas diligentius, & appellacione remota, districte compellas. Si autem antea dissolutæ vitæ fuerint, aut illis, quas tenent, dimissis, in deteriora lapsuri credantur, & plures pro vna frequentare: tu id dissimulare poteris, & pro grauiori lapsu